

**I**ncipit capitula libri. xv.

- i **D**e duobus ordinib⁹ genera-  
tionis hūane i diuersos fines  
ab initio procurrentis.
- ii **D**e filijs carnis et filijs pmissi-  
onis.
- iii **D**e sterilitate sare quā dei ḡia  
fecūdauit.
- iv **D**e terrēne ciuitatis cōcerta-  
tione vel pace.
- v **D**e p̄mo terrene ciuitatis au-  
ctore fraticida cuius impi-  
tati romane vrbis aditor⁹ ger-  
mani cede responderit.
- vi **D**e languorib⁹ quos ex pena  
peccati etiam ciues ciuitatis dei  
in huius vite pegrinacōe pa-  
tiuntur: et a quibus deo meden-  
te sanantur.
- vii **D**e causa i p̄tinacia sceleris ca-  
im quē a facinore cōcepto nec  
dei sermo reuocavit.
- viii **D**que ratio fuerit ut caim inter  
principia geneis humani cō-  
deret ciuitatē.
- ix **D**e longa vita homīm que fuit  
ante diluvium: et de ampliore  
humanoū corporū forma.
- x **D**e differētia qua inter hebre-  
os et nostros codices videns-  
tur annorū numeri dissonare.
- xi **D**e āmis matusalā: cuius etas  
quatuordecī annis videtur di-  
lūvii excedere.
- xii **D**e opinione eoꝝ qui p̄morū  
temporū homīes tā longeos q̄  
scribitur fuisse nō credūt.
- xiii **A**nī dñumeracōe annorū he-  
breorū magis q̄. lxix. interp-  
tū sit sequēda auctoritas.
- xvii **D**e parilitate annorū qui n̄ s̄deꝝ  
quibus nūc spaciis et in p̄orib⁹  
seculis concurrerūt.
- xv **A**n credibile sit: p̄mi seculi vi-

- ros usq; ad eā etatē qua filios  
generasse referūtur a cōcubi-  
tu continuisse.
- xvi **D**e iure ouigiorꝝ: q̄ dissimili-  
ter a subsequentib⁹ matromis  
habuerint p̄ma cōnubia.
- xvii **D**e duob⁹ ex uno genitore p-  
creatib⁹ atq; principib⁹
- xviii **Q**uid signatū sit i abel et seth  
et enos: qđ āsparet ad xp̄m et  
corpus eius id ē ecclēshā p̄tinē
- xix **D**e significacōe que in enoch  
trāslacōne mōstratur.
- xx **D**e eo q̄ cām successio i octa-  
ua ab adā generacōe claudi-  
tur: et in posteris ab eodē p̄re  
adānoē decimus inuenitur.
- xxi **Q**ua racōe ōmemorato enoch  
qui fuit filius cām: totius ge-  
neracōis eius usq; ad diluvium  
sit ōtinuata narratio ōmemo-  
rato aut̄ enos q̄ fuit filius seth  
ad condicōis humane prim-  
cipiū sit reditū.
- xxii **D**e lapsu filiorꝝ dei alienige-  
narꝝ mulierū amore captorū:  
vnde et om̄es exceptis octo  
homīb⁹ diluvio p̄ire meruerūt
- xxiii **A**n credēdū sit angelos sub-  
stātie spiritualis amoē speciosa-  
rū mulierū captos corundē in-  
isse ouigia: ex quibus gigātes  
sint creati.
- xxiv **Q**uō intelligendū sit q̄ eis q̄  
diluvio p̄dēdi erāt dñs dixit:  
erūt dies eoꝝ centūungiti ām-
- xxv **D**e ira dei que incommutabilem  
trāquillitatē nulla inflamma-  
tione perturbat.
- xxvi **Q**d archa quā noe iussus ē fa-  
cere i om̄ib⁹ xp̄m ecclesīa q̄ si-  
gnificet
- xxvii **D**e archa atq; diluvio: nec illis  
esse consentiendū qui solā hi-  
storīa recipiūt sine allegoria

sigmificacōne:nec illis qui so-  
las figurās defendūt: repudi-  
ata historica veritate.

**¶ Expliciunt capitula libri xv.**  
**¶ Incipit liber quādecimus.**

**E**felicitate para-  
disi vel de ipso pa-  
radiso. et de vita  
ibi p̄morū homi-  
nū eorūq; pecca-  
to. atq; supplicio.  
multi multa sen-  
terunt multa dixerunt. multa litteris  
mandauerunt. **N**os quo q; secunduz  
scripturas sacras vel quo d̄ meis le-  
gimus. vel quod ex eis intelligere po-  
tuimus. eaz congruentes auctoritas  
ti. de his rebus i superiorib; libris dixi-  
mus. **E**nucleatus aut si ista queran-  
tur. multiplices atq; multimodas pa-  
rūt disputacōes q; plurib; intexēde-  
sint volumib; quā hoc opus tēpusq;  
depositat. Quod nō ita largū habemus  
ut in omnib; que possunt require oci-  
osia scrupulosi paracōres ad interro-  
gandū q; capacōres ad intelligēdū  
nos oporteat immorari. **A**rbitror tam  
satis iam fecisse magnis q; difficilimis  
questiōib; de inicio vel mudi vel aie.  
vel ipius geneis hūani. q; in duo ge-  
nera distribuimus vnu eoz. q; scdm  
homīne alterū eoz qui scdm deum vi-  
uūt. **Q**uas etiā misticē appellamus  
ciuitates duas hoc est duas societa-  
tes homīnū. quarū est vna que pdesti-  
nata est in eternū regnare cū deo al-  
tera eternū supliciū subire cū diabo-  
lo. **S**ed iste finis ē eaz de quo post  
loquendū est. **N**unc aut qm exortum  
eaz hue in angelis quoꝝ numerus  
ignoratur a nobis. hue in duob; pri-  
mis homīmib; satis dictū est: iam mi-  
chividetur eaz aggrediēdus excus-

sus. ex quo illi duo generare ceperūt  
donec hoies generare cessabūt. **H**oc  
enī vniuersū tēpus. hue seculū i quo  
cedūt moriētes. succedūtq; nascētes.  
istaz duaz ciuitatiū de quib; dispu-  
tamus excursus ē. **N**atus est itaq; p̄  
or cām ex illis duob; generis hūam  
parentib; p̄tinēs ad homīnū ciuitatē.  
**P**osterior abel ad ciuitatē dei. **S**icut  
enī vno hōie qd̄ dixit apostolus ex-  
p̄imur. q; nō p̄mū qd̄ spiritale est. sed  
qd̄ animale postea qd̄ spiritale. vnde  
vnuſquisq; qm ex dānata pagine  
exoritur. p̄mo sic necesse est ex adam  
malus atq; carnalis q; si in xp̄o renas-  
cendo p̄ficerit. post erit bonus. et spi-  
ritalis: sic in vniuso genere humano  
cū p̄mū due iste ceperūt nascēdo atq;  
moriēdo p̄currere ciuitates. prior na-  
tus ciuis huius seculi. posterior autē  
isto pegrinus i seculo. et p̄tinens ad  
ciuitatē dei grā pdestimatus. grā ele-  
ctus. gratia pegrinus deorsū. gratia  
ciuis sursum. **N**ā quantū ad ipm attinet  
ex eadē massa oritur q; origi maliter ē  
tota damnata. s; tanquā figulus de  
hanc similitudinē nō imprudēter sed  
prudenter introducit apostolus. ex  
eadē massa fecit aliud vas in honore.  
aliud in cōtumeliā. **P**rius aut factū  
est vas in otumeliā post vero aliud in  
honore. quia et in ipo vno sic iam dixi  
hōie prius est reprobū. vñ necesse ē  
incipiamus. et vbi nō est necesse ut re-  
manemus. posterius vero probū quo  
p̄ficiētes veniamus. et quo puemē-  
tes maneamus. **P**roīde nō quidez  
in omnib; homo malus erit. qui erat  
malus: sed quanto quisq; citius mu-  
tatur in melius. hoc i se facit nominari  
qd̄ apprehenderit celerius. posteri-  
ora ceperūtocabulū p̄pus. **S**criptūz  
est itaq; de cām q; cōciderit ciuitatē.  
**A**bel autē tanquā pegrinus nō cōdi-  
dit. supna est enim sanctorū ciuitas.

quāvis hinc pariat ciues. In quibus donec regni eius tempus adueniat. cū congregatura est omnes in suis corporibz resurgētes. qn̄ eis pmissum dabitur regnū. vbi cū suo principe regē seculorū sine ullo tempore fine regnabunt.

**D**Obra sane quedā ciuitatis huius. imago pplexie significāde potius quā p̄sentāde seruit in terris. quo eam in tempore demonstrari oportebat. et dicta est enī ipa ciuitas sancta merito significans imaginis nō exp̄sse sicut futura ē veritatis. De hac imagine seruicte. et de illa quam significat libera ciuitate sic apostolus ad galathas loquitur. Dicite michi inquit sub lege volētes esse legē nō audistis? Scriptū est enī q abraham duos filios habuit unū de ancilla. et unū de libera. Sed ille qdē qui de ancilla scđm carnē natus est. q aut de libera p̄ reprobatione. Que fuit in allegoria. Hec enī sūt duo testamenta. Unū quidē a monte syna in fuitute generas q est agar. Syna enī mons est i arabia. que diuīcta est huic que nūc est iherusalē. seruit enī cū filiis suis. Que aut sursū est iherusalē libera est. q est mater nra. Scrip- tū est enī. Letare sterilis q nō paris. erūpe et exclama q nō pturis. quoniam multi filii deserte magis q eius q habet virū. Nos aut fratres. scđm ysaac pmissio mis filii sumus. Sed sicut tūs qui secundū carnē natus fuerat psequēbatur eū qui scđm spiritū: ita et nunc. Quid dicit scripture? Eice ancillā et filiū eius. Non enī heres erit filius ancille cū filio libere. Nos aut frēs nō sumus acille filii s̄ libere. Qua libertate xp̄s nos liberauit. Hec forma intelligendi de apostolica auctate descendiens locū nobis apit quēadmodum scripturas duorū testamētorū veteris et

noui accipe debeamus. Pars enī qdā terrene ciuitatis imago celestis ciuitatis effecta est. nō se significādo. sed alterā. et ideo fuiēs. non enī ppter seipam s̄ ppter aliā significādā ē mīstuta. et pcedēte alia significacōd et ipa prefigurans p̄figurata ē. Nāq; agar ancilla sare eiusq; filius imago qdā huius imaginis fuit. Et qm̄ trāsiture erat vmbre luce emēte ideo dixit libera sara q significabat libera ciuitatez. cui rursus alio mō significāde etiā illa vmbra seruiebat eice ancillā et filium eius. nō enī heres erit filius ancille cū filio meo ysaac. qd̄ ait aplūs cū filio libere. Inuenimus ergo in terrena ciuitate duas formas vnā suā p̄sentiaz demonstrantē alterā celesti ciuitati significāde sua p̄sentia fututē. Darit aut ciues terrene ciuitatis pccō viciata natura celestis vero ciuitatis ciues parit a peccato naturā liberās gratia.

Vnde illa vocātur vasa ire. ista vasā mīme. Significatum est hoc etiā in duobz filiis abrahæ q vnus de ancilla q dicebatur agar scđm carnē natus ē ismael. alter ē aut de sara litera secundū pmissio mis natus ysaac. Vterq; q dem de semme abrahæ. sed illū genuit demonstrās ōfuetudo naturā. illū pmissio significās gratiā. Ibi hūanus vſus ostēditur. hic diuīm̄ beneficium commendatur.

**A**ra quippē sterelis erata de speracione plis saltē de ancilla sua occupiscens h̄re qd̄ de ipa nō se posse cernebat. dedit eā testandaz viro. de quo parere voluerat nec potuerat. Exegit itaq; etiā sic debitiū de marito vtens iure suo i vtero alieno. Natus ē ergo ismael sic nascitur hoīes pmissione sexus vtriusq; vñtata lege nature. Ideo dictū est scđm carnē. nō q ista beneficia dei nō sint aut non illa operetur deus cuius

opifex sapientia attingit sicut se puz ē.  
a fine usq; i finē fortiter. et disponit oia  
suawiter. h; vbi siḡificādū fuerat dei  
donū qđ in debitu hoib; gratis gratia  
largiretur. sic oportuit d̄ari filiu quē  
admodū nature nō debebatur excus-  
ibus. Negat enī natura iā filios tali  
omixtio maris et femine qualis esse  
poterat abrahe et sare in illa iā etate  
etīa mulieris accedēte sterilitate que  
nec nūc parere potuit qñ nō etas fecū-  
ditati h; etati secūditas defuit. Qđ ergo  
nature sic affecte fructus postitatis  
nō debebat significat qđ natura gñis  
hūam pccō viciata. ac p ho c iure dā-  
nata. nichil vere felicitatis posterū me-  
rebat. Hecte igitur significat ysaac p  
repromissionē natos filios grē. cuies  
ciuitatis libere. socios pacis eterne.  
vbi sit nō amor prie atq; puate qđ  
amō voluntatis. sed om̄um eodēq; im-  
mutabili bono gaudēs atq; ex multis  
vnū cor faciēs. id est pfecte concors  
obediētia caritatēs. Capitulū q̄rtūz.

**D**errena porro ciuitas que sem-  
piterna nō erit. nec enī cū extre-  
mo supplicio damnata fuit iam ciui-  
tas erit. hic haber bonū suū cuius so-  
cietate letatur: qualis esse de talibus  
leticia rebus pater. Et qm̄ nō est tale  
bonū ut nullas agustias faciat ama-  
torib; suis. ideo ciuitas ista adūsus  
seip̄am plerūq; diuiditur litigādo. bel-  
lando atq; pugnādo et aut mortife-  
ras aut certe mortales victorias re-  
quirendo. Nam ex quacūq; sui parte  
aduersus alterā sui ptem bellādo sur-  
rexerit. querit esse victrix gentiū cum  
sit captiua vicioz. et siquidē cū vice-  
rit supbius extollit etīa mortifera. Si  
vero cōdicōnē cogitans casisq; oīnes  
magis que accidē possunt aduersus  
angitū. quā eis que puerū sc̄dis  
rebus inflatur. tantūmō mortalis est,  
ista victoria. Neq; enī semp̄ dñari po-

terit pmanēdo eis quos poneat sub-  
iugare vīcedo. Non aut recte dici-  
tur ea bona nō esse q̄ concupiscat hec  
ciuitas. qñ est et ipsa in suo humano  
genē melior. Cōcupiscat enī terrenaz  
quandā p rebus in simis pacē. Adeā  
nāq; desiderat puenire bellādo. quō  
sivicerit et qui resistat nō fuerit. pax  
erit q̄ nō habebat ptes in uicē aduer-  
santes. et p h̄is rebus quas simul h̄e  
nō poterat in felicē egestate certātes.  
Hāc pacem requirūt laboriosa bella-  
hanc adipiscit que putatur glorioza  
victō: ia. qñ aut vīcūt. qui causa iu-  
stiore pugnabāt quis dubitet gratu-  
landā esse victoriā et puenisse opta-  
bilē pacē. Nec bona sūt: et sine dubio  
dei dona sūt. Sed si neglectis melio-  
rib; que ad supnā p̄tinēt ciuitatē. vbi  
erit victoria eterna et summa pace se-  
cura bona ista sic cōcupiscūt. ut vel  
sola esse credantur. vel h̄is q̄ meliora  
creduntur amplius diligātur. necesse  
est miseria sequatur et que inerat au-  
geatur. Capitulū quintū.

**D**ūsimus itaq; fuit terrene ciuitas  
oditor fratricida. Nam suū  
fratre ciue ciuitatis eterne i hac ter-  
ra pegrmantē. inuidētia vīctus occī-  
dit. Unde mirandū nō est q̄ tāto post  
in ea ciuitate condēda q̄ fuerat huius  
terrene ciuitatis de qua loquimur ca-  
put futura. et tā multis gētib; regna-  
tura. Hic exemplo p̄mo. et ut greci  
appellāt archetipo quedā sui gene-  
ris īmagō respondit. Nā et illic sicut  
ip̄m facinus quidā poeta om̄emorā-  
vit illoz. Fraterno p̄mi maduerunt  
sanguinē muri. Hic enī odita est ro-  
ma: qñ occisū remū a fratre romulo  
romana testat̄ historia. nisi q̄ isti ter-  
rene ciuitatis ambo cuies erāt. ambo  
gloriā de romane reipublice īstitu-  
cōne querebāt. Sed ambo eā tantaz  
quātā si vñus esset babē nō poterāt.

Qui enī volebat dominādo gloriari. minus vtiqz dñi aretur. si eius potestas vnuo sorte minueretur. **V**t ergo totā domma cōnē h̄ret vnuus ablatus ē socius. et scelere creuit in p̄tū. qd̄ in nocētā mīnus esset ameliuſ. **H**īn aut̄ fr̄es cām. et abel nō habebāt inter se simile rerū terrenarū cupiditatē. nec in hoc alter muidit qd̄ domiatuſ eius f̄eret angustior qui alterum occidit. si ambo dñarent. **A**bel quippe nō querebat dominacōnē in ea ciuitate que odebatur a fratre. s̄ inuidētia illa diabolica qua inuident bonis mali. nulla alia cauſa mīsi qua illi bonsūt. illi mali. **N**ullo enī mō fit mīnor accedēte seu p̄manēte conſorte poſſeſſio bonitatis quā tanto latius quāto cordius in diuidua ſocioꝝ poſſideſ caritas. **N**ō habebit de mīo istā poſſeſſionē qui eā noluerit h̄re omunē. et tanto eam reperiet ampliorē. quāto ap̄liuſ ibi poſtuerit amare cōſortē. **I**llud igitur qd̄ inter remū et romulū exortū eſt. quē admodū aduersuſ ſeip̄am terrena. ciuitas diuidatur ostēdi: q̄ autē inter cām et abel; inter duas ip̄as ciuitates dei. et hominū imimicias demōſtrauit. **P**ugnāt inter ſe mali et mali. **T**ē pugnāt inter ſe mali et boni. **B**oni vero et boni ſi pfecti ſunt inter ſe pugnare nō poſſunt pfecti. autē nondūqz pfecti. ita poſſunt. ut bonus quisqz ex ea pte pugnet otra alterū q̄ etiā otra ſeip̄m. **E**t in uno quippe hoie caro cōcupiſcat aduersuſ ſpiritu. et ſpūs aduersuſ carnē. **C**ōcupiſcētia ergo ſpiritaliſ ſtra alterius p̄t pugnare carnalē. vt ſcupiſcētia carnalis otra alterius ſpūalē. ſicut inter ſe pugnant boni et mali. vel certe ip̄e ſcupiſcentie carnaleſ inter ſe duorū bonorū. nō dū vtiqz pfectoruſ. ſicut inter ſe pugnant mali et mali. donec eoꝝ qui curātur ad ultimam victoriam ſanitas perduca-

tur. **V**Capitulū ſextū.

**T**anguor quippe iſte. id ē illa inobedientia. de q̄ in libro quarto de cōdō diſſeruimus p̄me inobedientie ſuppliciū. et ideo nō natura ſi viciū eſt. ppter qd̄ dicitur pfectiſ ſuoſ. et ex fidei pegrinacōne viuētibꝫ. Inueni onera via portate. et ſic adimp̄lebitis legem xp̄i. **T**ē alibi dicitur. Corripite inquietos. ſolamini puſſil animiſ. ſuſcipite mſfirmos. pacientes eſtote ad om̄es. **V**idete ne quis malū p malo alteri reddat. **T**ē alio loco. **D**i preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. vos qui ſpirituſ eſtis inſtruite huuifmōi in ſpū mansuetudinis in tendēs te ip̄m nec tu tē pteris. **E**t alibi. **S**ol nō occidat ſupracūdīa vīaz. **E**t in euāgeliō. **D**i peccauit in te frater tuuſ corripe eū inter te et ip̄m ſoluſ. **T**ē de peccatis in quibus multorū caueut offendio. apostolus dic. Peccatiſ corā om̄ibꝫ argue ut ceteri timorē habeāt. Propter hoc et deveniā inuidētia multa p̄cipiūt et magna cura. ppter tenēdā pacē. ſine qua nemo poterit videre dēū vbi ille terror ē. qn̄ iubētur ſeruus decē milū talētorū reddere debita que illi fuerāt relaxata quoniā debitiū denarioꝝ centū cōſuo ſuo nō relaxauit. **Q**ua ſimilitudie ppoſita dñs ihs adiecit atqz ait. **D**ic et vobis faciet pater vſter celeſtis ſi nō dimiſeritis vnuſquiqz fratri ſuo de cordibꝫ vſtris. **H**oc modo curantur ciues ciuitatis dei i hac terra pegrināt et pace ſupne patrie fuſpiiantes. **S**piritus autē ſanctus opatur in ſecuſ ut valeat aliquid medicina que adhibetur extrinſecus. **A**lioquin etiā ſi deus ip̄e vtenſ creature ſibi ſubditā in aliqua ſpecie humana ſenſuſ alloquatur hūanos ſiue iſtos corporiſ ſiue illos quoſ iſtis filiimoſ habemus i ſomniſ. nec in teriore grā

mentē regat atq; agat. nichil pdest  
homini omis p̄dicacō veritatis. **F**acit  
hoc deus a vāhis misericōdie. ire vasa dis-  
cernens: dispensacōne qua ip̄e nouit  
multū occulta: h̄ tñ iusta. **I**po quippe  
adiuuante mirabilib⁹ q̄ latentib⁹ mo-  
dis cū peccatū qđ habitat in membris  
nris que potius pena iam peccati ē si-  
cuit apostolus p̄cepit. **N**ō regnet pe-  
ccatū in nro mortali corpe ad obediē-  
dū desiderijs eius. nec ei membra nra  
velut iniquitatis arma exhibeamus.  
conuerat ad mentem nō sibi ad mala  
deo regente o sentientē et eam regens  
trāquillius nūc habebit postea sanita-  
te pfecta atq; immortalitate pcepta  
bomo sine ullo peccato in eterna pace  
regnabit. **C**apitulū septimū.

**E**d hoc ipm qđ sicut potius  
exposuimus cū deus locutus es  
ad cām eo more quo cū primis homi-  
mib⁹ p̄ creaturā sbiectā velut eorū so-  
ciis forma cōgrua loquebatur. qđ ei  
p̄fuit. **N**ōne oceptū scelus in necādo  
fratre etiā post verbū diuīme admoni-  
tionis impleuit. **N**ā cū sacrificia dis-  
crewisset amboz i illius respiciēs. qđ  
nō dubitādū est potuisse cognoscere  
igno aliquo attestante visibili. et hoc  
ideo fecisset deus. qđ mala erant opa  
huius fratris vero eius bona. trista-  
tus est cām valde iocidit facies eius.  
**S**ic enī sc̄ptū est. **E**t dixit dñs ad cā-  
m. **Q**uare tristis factus es. et quare  
iocidit facies tua. **N**ōne si recte offe-  
ras. recte autē non diuidas: peccasti  
**Q**uesce. **A**d te enī ouersio eius: et tu  
dñabis illius. **I**n hac admonicōe vel  
monitu qđ deus protulit ad cām. illud  
quidē qđ dictū est. nōne si recte offe-  
ras. recte autē nō diuidas peccasti. qđ  
nō elucet cur vel vnde sit dictū. multos  
sensus pepit eius obscuritas cū diui-  
nazz sc̄pturaazz quisq; tractator sc̄dm  
fidei regulā id conatur exponē. **R**ecte

quippe offertur sacrificiū cū offertur  
deo vero. cui vñ tantumō sacrificiādū  
est. **N**on autē recte dividitur. dum nō  
discernūtur recte vel loca vel tēpavē  
res ip̄e que offeruntur. vel qui offert.  
vel cui offertur. vel his quibus advescen-  
dū distribuitur qđ oblatū est ut diuī-  
sionē hic discrecōne intelligamus. si-  
ue cū offertur vbi nō oportet. aut qđ  
nō ibi h̄ alibi oportet. siue cū offertur  
quādo nō oportet aut qđ nō tunc sed  
alios oportet siue cum id offertur qđ  
nūsq; et nunq; p̄missus debiat. siue cū  
electoriā sibi cūsdē generis terū te-  
net homo qđ sunt ea q̄ offert deo. siue  
eius rei qđ oblata ē fit p̄ticeps p̄pha-  
nus aut quilibz; quē phas nō ē hec. In  
quo autē horū displicuerit cām faci-  
le nō potest inueniri. sed quomō iohā-  
nes apostolus cū de his fratrib⁹ loq-  
retur non sicut cām inquit qui ex ma-  
ligno erat et occidit frātē suū. et cu-  
iū rei ḡia occidit. quia opera illius  
maligna fuerūt. fratris autē eius iusta-  
datur intelligi p̄terea dēū nō respex-  
isse in munus eius. quia ip̄e hoc male  
diuidebat. dans deo aliquid suū. sibi  
autē sc̄p̄m qđ omes faciūt qui non dei  
sed suā sectātes volūtate. id est non  
recte sed puerōe vnde viuētes offe-  
rūt tamē deo munus quo putāt eum  
redimi. ut eoz nō op̄ituletur sanādis  
prauis cupiditatib⁹. h̄ explendis. **E**t  
hoc est terrene ciuitatis p̄priū dēū vel  
deos colere quibus adiuuātib⁹ regnet  
in victorijs et pace terrena nō carita-  
te osulendi. sed dominādi cupiditate  
**H**omi quippe ad hoc vñtūr mūdo ut  
fruātur deo. mali autē otra. ut fruātur  
mūdo vñtūr volūt deo. qđ tñ eū vel esse vel  
res humanas curare iā credūt. **N**ūt  
enī multo dēteriorēs qui nec hoc qui-  
dem credunt. **C**ogmito itaq; cām qđ  
sup̄ eius germāni sacrificiū nec sup̄  
suū respexerat deus. vñtq; frātē bonuz

mutatus imitari. nō elatus debuit emulari. Sed otristatus est et cōcidit facies eius. Hoc peccatum maxime arguit deus tristiciā de alterius boītate. et hoc e fratrib. hoc qui p̄e arguēdo interrogant dices. Quare otristatus es. et quare concidit facies tuas. Quia enī fratri inuidiebat. deus videbat. et hoc arguebat. Nam hominib⁹ quibus absco ditū ē cor alterius possi esse ambiguū. et pr̄sus incertū. vtrū illa tristicia maligmitatē suā ī q̄ se deo displicuisse didicerat. an fratrib⁹ dolueit bonitatē. quedeo placuit cū ī sacrificiū eius aspexit sed racōne deus rediens cur eius oblatōnē accipe noluerit ut sibi ip̄e potius merito q̄ ei immeito frater displicet cū esset iustus. nō r̄ce diuidēdo hoc ē nō recte viuēdo et indignus cuius approbaretur oblation q̄ esset iustior q̄ fratrem iustum gratis odisset ostēdit. Non tamē eū dimittens sine mandato sancto iusto et bono quiesce inquit. Ad te enī conuersio eius. et tu dñaberis illius. Numquid fratrib⁹ Absit. Cuius igitur misericordia dixit enī. Peccasti. Tūc demde addidit. Quiesce. Ad te enī conuersio eius. et tu dñaberis illius. Postest id quidē ita intelligi ad ipm hominem esse conuersionē peccati. ut nulli alij q̄ sibi sciat tribuē debere q̄ peccat. Nec est enī salubris penitentie medicina. et venie petīo nō m̄cō grua ut ibi ait. Ad te enī conuersio. nō subaudiat erit sed sit p̄cipietis videlicet. nō p̄dicitis modo. Tūc enī dñabitur quisq; peccō si d̄ sibi nō defendēdo ip̄osuerit. sed penitēdo subiecerit. alioq; et illi seruuet dominati. si patrociniū adhibuerit accidēti. Sed ut peccatum intellegat: occupatia ipa carnalis de qua dicit apostolus. caro enī occupat aduersus spiritū. ī cuius carnis fructib⁹ et inuidia cōmemorat̄ qua utiq; cām

stimulabatur et accendebatur ī fratrib⁹ exicium bene subauditur erit id est ad te enī cōuersio eius erit. et tu dñaberis illius. Cū enī omota fuerit pars ipa carnalis quā p̄cēm appellat apostolus vbi dicit. nō ego op̄ illud. s̄ qđ habitat ī me peccatum. quā partem animi etiā p̄hi dicunt esse viciōsam. nō que mente debeat trahere. sed cui mens debeat īpare eam q; ab illicitis opib⁹ racōne cohære. cū ergo omota fuerit ad aliquid p̄perā agendum quiescat et obtemperat dicenti apostolo nec exhibeat membra via arma ī iniquitatē peccō. ad mentē domita et viēta ouertitur ut subdite ratio dominet. hoc p̄cepit deus huic qui factibus inuidie inflāmabat ī fratrem et quē debeat īmitari cupiebat auferri. Quiesce inquit. id est manus a scelerē otine. nō regnet peccatum ī tuo mortali corpe ad obediēdū desideriū eius. nec exhibetas membra tua ī iniquitatē arma peccato. Ad te enī conuersio eius. dū nō adiuuatur relaxādo sed quescendo frenat̄. Et tu dñaberis illius. ut cū formicetus nō p̄mittit̄ opari. sub potestate mentis regētis et bermulētis asuescat etiā intrinsecus nō moueri. Dicū est tale aliqd ī eodē diuinō libro. et de muliere. quādō post peccatum deo īterrogāte atq; iudicāte damnacōis sentētias acceperūt. ī serpente diabolus. et ī seip̄is illa et maritus. Cū enī dixisset ei multiplicans multiplicabo tristicias tuas et gemitū tuū et ītristicijs paries filios demde addidit. et ad virū tuū cōuersio tua et ip̄e tui dñabitur. Qd dictū est ad cām de peccato vel de viciōsa carnis concupiscentia hoc isto loco de peccatrice femina. Vbi intelligendū ē virū ad regendā vxorē animo carnez regenti īmitem esse oportere. ppter qđ dicit apostolus. Qui diligit vxorē suā

seipm diligit. Nemo enī vnq̄ carnez  
suā odio habuit. **S**anāda sūt enim  
hec sicut nostra. nō sicut aliena dā-  
nāda. **S**ed illud dei p̄ceptū. cām sicut  
p̄uaricatoꝝ accepit. In ualeſcēte quip  
pe mūdētie vicio fratrem mſciatiſ  
occidit. **T**alis erat terrene conditor  
ciuitatis. Quomō aut̄ ſignificauit etiā  
cām iudeos a quibus xp̄us occiſus  
est paſtor ouiuꝝ hominū. quā paſtor  
ouuum pecorꝝ p̄figurabat abel. quia  
in allegoria prophetica res eſt. parco  
nūc dicere. et quedam hme aduersus  
fauſtum manichēū dixiſſe me recolo.

**N**unc aut̄ deſen- **C**a. octauū  
dēda michi videtur hiftoria. ne  
ſit ſcp̄tura imereditibl̄is que dicit edifi-  
catā ab uno hominē ciuitatē. eo tpe  
quo plusq̄ viri quatuorvel potius tres  
poſtea quā fratre frater occidit fuſſe  
videntur in terra id eſt p̄muſ homo  
p̄r oīm et ip̄e cām et eius filius enoch  
ex cuius noīe hec ip̄a ciuitas nūcupa-  
ta eſt. **H**oc quos mouet parū con-  
ſiderat nō omnes hominē qui tunc  
elle poſuerūt ſcp̄tor̄ ē ſacre huius hi-  
ſtorie neceſſe habuſſe noīare. ſ̄ eos  
ſolos quos liſcepti op̄is racō poſtu-  
labat. **D**ropoſitū quippe ſcp̄toris illi⁹  
fuit p̄ quē ſp̄us ſanctus id agebat. p̄  
ſuſſiones certarū generačonū ex  
uno hominē p̄pagataꝝ puenire ad  
abrahā ac de mde ex eius ſemme ad  
ſp̄lm dei in quo diſticto a ceteris gē-  
tibus p̄figuraretur. et p̄nunciarentur  
om̄ia que a ciuitate cuius eternuſ re-  
gnū eſt et de regē eius eo dēq̄ cōdi-  
tore xp̄o i ſpiritu p̄uidebātur eſſe even-  
tua. ita ut nec de altera ciuitate ho-  
minū raceretur quā terrenā dicituſ  
ciuitatē quantū ei cōmemorāde fāſis  
eſſet. ut ciuitas dei etiā ſue aduersarie  
compacōne clarescat. **C**ū igie ſcp̄tua  
diuīna vbi et numerū annorū quos  
illi hoīes viſerūt oīmemorat ita odu-

dat ut dicat de illo de quo loquebat̄.  
et genuit filios q̄ filias. et fuerūt oīs  
dies illius vel illius quos vixit am̄ tot  
et mortuus eſt. nūquid q̄ eos dē filios  
et filias nō momimat. ideo intellige-  
re non debemus per tam multos aīos  
quibus tūc in ſeculi huius p̄ma erat  
viuebāt naſci potuisse plurimos ho-  
mīes quoꝝ. etiā cōdi poſſent etiā  
plurime ciuitates. **S**ed pertinet ad  
deū quo iſta inspirante ſcripta ſunt.  
has duas ſocietates ſuis diuīſis ge-  
neracōmb⁹ p̄mituſ digere re atq̄ di-  
ſtigueret ſeorsuſ hoīim id eſcōm hoīez  
viuētiū ſeorsuſ aut̄ filiorū dei idē hoīim  
ſeōz deū viuētiū generačonē ſtexerē-  
tur uſq̄ diſluuiū. vbi ambarꝝ ſocieta-  
tū diſcretio ſerecōq̄ narratur. **D**iscre-  
tio qđe q̄ ambarꝝ ſeparatū generačonē  
oīmemorātur vniuſ fratricide cām  
alterius aut̄ qui vocabat̄ ſeth. natus  
quippe fuerat et ip̄e de adam pro illo  
quē frater occidit: cōcretio aut̄ quia  
bonis i deterius declinatib⁹ tales vni-  
uerſi facti fuerat ut diſluuo delerent̄  
excepto uno iuſto cuius nomen erat  
noe. eius ſuige et tribo filiis totidēq̄  
nurib⁹ qui hoīes octo ex illa oīm va-  
ſtacōne mortalū p̄ archā euadē me-  
ruerūt. **Q**uod igitur ſcriptū eſt. et co-  
gnouit cām uxorē ſuā. et oīpiens pe-  
git enoch et erat edificans ciuitatē in  
noīe filii ſui enoch. nō eſt quidē cōſe-  
quēs ut iſtū p̄muſ filiū geniuſſe creda-  
tur neq̄ enī hoc ex eo putādū ē q̄ di-  
ctū ē cognouisse uxorē ſuā q̄i tūc ſe illi  
primitus ſubendo miſciuſſet. **N**am  
et de ip̄o patre oīm adā nō tūc ſolum  
hoc diſtū eſt quādo ſeceptus eſt cam  
quē p̄mo genitū videtur habuſſe. we-  
rū etiā poſterius eadē ſcp̄tura cogno-  
uit inquit adā euā uxorē ſuā. et conce-  
pit et pepit filiū. et noīauit nomē eius  
ſeth. **V**nde intelligitur ita ſolere ſcp̄-  
tura illā loqui quāwīs non ſemp. cū i-

ea legitur factos hominum fuisse conceputus non tamen solum cum primi sibi sexus uterque misceretur. Nec illud necessario est argumento ut primo genitum pri existimemus enoch quod nomine eius illa cunctas nuncupata est. Non enim ab re est ut propter aliquam causam cum et alios haberet diligenter eum pater certe amplius. Neque enim iudas primogenitus fuit a quo iudea cognominata est et iudei. Sed etiam si conditoris ciuitatis illius iste filius primus est natus. non ideo putandum est tunc a patre conditore ciuitati non men eius impositum quod natus est quod nec ostium tunc ab uno poterat ciuitas que nichil est aliud quam hominum multitudine aliquo societatis vinculo colligata. sed cum illius hominis familia tanta numeritate cresceret ut haberet etiam plena qualitate. tunc potuit utique fieri ut et ostenderet. et nomine primogeniti sui ostendite imponere ciuitati. Tam longaque prope vita illoque hominum fuit ut illic memoratorum quorum et anni taciti non sunt qui vixit minimus ante diluvium. ad septingentos quinquecenta tres perueniret. Nam plures nongentos annos etiam trahierunt. quamvis nemo ad mille puerum. Quis itaque dubitauerit per viii homines etate tam multiplicari potuisse genus humani ut esset unde constitueretur non una sed plurime ciuitates. Quod ex hoc comici facilime potest. quia ex uno abrahame non multo amplius quadrigentis annis numerositas hebreorum tanta pereata est ut in exitu eiusdem populi ex egypto sexenta hominum milia fuisse referatur inuenitis bellice ut omittamus gentes idumeorum non pertinentem ad ipsam israhel quam genuit frater eius esau nepos abrahe et alias gentes natas ex semine ipsius abrahe non per sarum coniugem procreatrices.

**Q**uamobrem **V** Capitulu nonnullus prudens rerum existimator

dubitauerit. cam non solum aliqua verum etiam magnam potuisse condere ciuitatem. quoniam in tam longum tempus potest debatur vita mortalium. nisi forte infidelium quispiam ex ipsa numerositate anno nobis ingenerat questionem qua vixisse tunc homines scriptum est in auctoritatibus nostris et hoc neget esse credendum. Ita quippe non credit etiam magnitudines corporum longe ampliores tunc fuisse quam nunc sunt. Vnde et nobilissimus eorum poetarum virgilius de magente lapide quem in agroque limite fixo vir fortis illoque tempore pugnans et rapiens et cœcurrerat et mortuus. et misit. vix illum inquit lectibus sex ceruice subiret. Qualia nunc hominum producta corpora tellus. significans maiora tunc corpora producere solere tellure. Quātū magis igitur temporibus recentioribus mundi ante illud nobile diffamatumque diluvium. Sed de corporum magnitudine plerisque incredulos nondatur per vetustatem suae per vim fluminum variisq; casus sepulchra ouicunt ubi apparuerunt vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus sed aliquot mecum in vicessim litore molarum hominis dentem tam magente ut si in mortuorum dentium modulos minutatim occideretur. centum nobis videtur facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse credidimus. Nam propter quod erat omnium multo quaz nostra maiora tunc corpora. gigantes longe ceteris ante ibant. sicut alijs deinde nostrisq; temporibus rari quidem sed nunquam ferme defuerunt qui modum aliorum plurimorum excederent. Plinius secundus doctissimus. Homo quātū magis pertinet seculi excursus memoria corpora natura ferre testatur. Quod etiam homerum commemorat sepe carmine fuisse oquestum non hec velut poetica figura menta deridet. sed in historica fide tanquam miraculum naturalium se probat assumens. Verum

ut dixi antiquorū magnitudinea cor-  
porū inūcta plerūq; ossa qm̄ diutur-  
na sūt. etiā multo posteriorib; seculis  
prodūt. Annorū autē numerositas cu-  
iusq; hōis qui temporib; illis fuit. nul-  
lis nūc talib; documētis venire in ex-  
perimentū p̄t. Nec tñ ideo fides sacre  
huius historie derogata ē cuius tan-  
to impudētius narrata nō credimus  
quāto implei cercius prenūciata cō-  
spicimus. Dicit tñ etiā idē plimius esse  
ad huc gentē vbi ducētos. annos viui-  
tur. Si ergo hūanax vitarū diutur-  
mitates quas experti nō sumus hō die  
habere creditur in cogita nobis lo-  
ca. cur nō habuisse creditur et tēpas.  
Anvero credibile ē alicui esse quod  
hic nō est. et in credibile est aliquan-  
do fuisse qd nūc nō est. Ca. decimū.

**Q**uocirca et si inter hebreos et  
nostros codices de ipo nume-  
ro annoū nōnulla videtur esse dista-  
tia qd ignoro qua racōne sit factum.  
nō tñ tanta est ut illos hōies tam longe-  
uos fuisse dissentiat. Nam ipo ho-  
mo primus adam antequā gigneret  
filiū qui appellatus est seth ducentos-  
triginta annos vixisse repit in co-  
dicib; nr̄is. in hebreis autē centumtri-  
ginta p̄hibetur. Sed postea quā cū  
genuit septingentos vixisse legitur  
in nostris. in hebreis vero octingen-  
tos. Atq; ita in vtriusq; vniuersitatib;  
sūma oco:dat. Ac deinde p̄ sequen-  
tes generacōnes antequā gignātur  
qui gigni omemorant. minus vixi-  
se apud hebreos pater eius inuenit  
centū annos. sed postea quā est geni-  
tus idē ipo. centū minus quā in hebre-  
is inuenitur in nostris. Atq; ita hinc  
et inde numeri vniuersitas osonat. In  
sexta autē generacōne nusquā vterq;  
codices discrepant. In septima vero  
vbi ille qui natus ē enoch nō mortu-  
us sed q̄ deo placuerit trāslatus esse

narratur. eadē dissonātia ē que in su-  
periorib; quīq; de centū annis ante-  
quā gigneret eū qui ibi omemoratus  
est filii. atq; in sūma similis osonātia.  
Vixit enī annos antequā transferret  
scđm vtriosq; codices. ccc. lxv. Octa-  
ua generatio habet quidē nōnullam  
diversitatē. sed minorē. ac dissimilez  
ceteris. Mathusalam quippe quē ge-  
nuit enoch antequā gigneret eū qui  
in ipo ordine sequitur scđm hebreos  
nō centū minus. sed. xx. amplius vir-  
xit annos. Qui rursus in nostris postea  
quā eum genuit repūtit additi. et in  
utriusq; hibi sūma vniuersi numeri oc-  
currat. In sola nonā generacōne id ē  
minus lamech filii mathusale patris  
aut noe sūma vniuersitatis discrepat. h̄  
non plurimū. Viginti enī et quatuor  
annos plus vixisse in hebreis q̄ in nr̄is.  
codicib; inuenit. Nā antequā gigne-  
ret filiū qui vocatus est noe sex mm⁹  
habet in hebreis quā in nr̄is. postea ve-  
ro quā cū genuit. xxx. amplius in ei-  
dem quā in nostris. Vnde sex illis de-  
tractis restant. xxiii. ut dictum est.

**D**ēr hanc autē Ca. vndecimū.  
discrepantiā hebreorū codicib;  
atq; nostros. excēdit illa famosissi-  
ma questio. vbi mathusalam. xxiij. an-  
nos vixisse post diluvium cōputatur. cū  
sc̄ptura ex omnibus qui in terra tūc fu-  
erāt solos octo hōies in archa exici-  
um omemoret euahisse diluvij. in qui-  
bus mathusala p̄pus quā gignet illū  
nō fuit. Scđm codices enī nr̄os ma-  
thusalā p̄pus quā gignet quē vocavit  
lamech. vixit annos centū sexaginta  
septē deinde ipo lamech antequā ex  
illo esset noe vixit annos centū octo-  
triginta octo qui simul fuit. ccc. v. H̄is  
addūtur sexenti noe. quanto cūis an-  
no diluvium factū est. qui fuit nonge-  
tiquinq; ḡinta quīq; ex quo mathusa-  
lam natus est usq; ad annum diluvij.

Omnis autem anni vite mathusalam  
deccclxix. computatur. quia cum vixisset  
annos. clx vii. et genuisset filium qui  
est appellatus lamech post eum genitum  
vixit annos octingentos duos. qui  
omnes ut diximus nongentisexaginta  
noue sunt. Vnde detractis nongen-  
tisquinquaginta quinque ab ortu matu-  
sale usque ad diluvium remanet. xxiij. q-  
bus vixisse credit post diluvium. propter  
quod eum non nulli. et si non in terravbi omnem  
carnem quam vivere in aquis naturam non  
sinit constat fuisse deletum cum patre suo  
qui translatus fuerat aliquantum fuisse  
atque ibi donec diluvium periret vixisse  
arbitrantur. nolentes derogare fidem  
codicibus quos in auctoritate cele-  
brisce suscepit ecclesia et credentes  
iudeorum potius quam istos non habere  
quod verum est. Non enim admittunt quod  
magis hic esse potuerit error interpreti-  
tum quam ea lingua esse falsum unde in  
niam per grecas scripturam ipsa translata  
est. sed inquit non esse credibile. lxx.  
interpretes. qui uno simul tempore uno-  
que sensu interpretati sunt errare potuerit.  
aut ubi nichil eorum intererat voluisse  
mentiri iudeos vero dum nobis inuidet.  
quod lex et propheta ad nos interpretando  
transferunt. mutasse quedam in codici-  
bus suis ut nostris minueretur auctori-  
tas. Hanc opinionem vel suspicionez ac-  
cipiat quisque ut putauerit. Certum est  
tamen non vixisse mathusalam post diluvium.  
sed eodem anno fuisse defunctum. si verum  
est quod de numero annorum in hebreis co-  
dicibus inuenimur. De illis autem. lxx. in-  
terpreibus quid nichil videatur suo loco  
co diligentius in serendum est cum ad ipsa  
tempora quantum necessitas huius opis  
postulat o memoranda adiuuante domino  
venerimus. Presenti sufficit questio  
se domini utrosque codices tam longas ha-  
buisse vitas illius cui homines ut possit  
etate vnius qui duobus quos solos

terra tunc habuit pentibus primis enim na-  
tus ad constitutendam etiam civitatem mul-  
tiplicari genus humani. **C. xii.**

**N**eque enim illo modo audiendi sunt  
qui putant aliter annos illis re-  
